



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Osee Prophetam Commemtariorvm Liber VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS IN OSEE PROPHE TAM
 COMMENTARIORVM LIBER VI.



Exta nunc repetitione peccata gentis eiusdem dominus depromēs ad audis
 torem sese conuertit & dicit. **L**uxta pascua sua adimpleti sunt, & eleua
 uerunt cor suum, & obliui sunt mei. **D**ictum hoc, dei quidem benefaciē
 tis commendat bonitatem, sed nihilominus eorū quibus benefactum est ue
 hementer condemnat ingratiudinem. Simile nanq; illi est quod de eiusdem

Psalmista dicit. Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorū attulit eis, non
 sunt fraudati à desiderijs suis. Et subinde. In omnibus his peccauerunt adhuc, & nō cōuer
 tentur inimici mei retrorsum. **N**unc ipsorū proprietatem dictorum consideremus. Iuxta
 pascua sua (inquit) adimpleti sunt & saturati sunt. Quendā nō bonū siue laudabilem adim
 pletionis & saturitatis modū insinuat, ita determinando, adimpleti sunt & saturati sunt iux
 ta pascua sua. Quānam uel qualia fuerunt pascua sua? Nimirū ea quæ desiderauerūt, pro
 pter quæ murmurauerunt & de deo male locuti sunt: Exempli gratia, quādo dixerūt. Quis
 dabit nobis carnes ad uescendū? Recordamur pisciū quos comedebamus in Aegypto gra
 tis. In mentem nobis ueniunt cucumeres & pepones porriq; & coepe & allia. Anima no
 stra arida est, nihil aliud respiciūt oculi nostri, nisi Man. Quia taliter & talia desiderauerūt,
 & desiderantes usq; ad nausēā impleti sunt, re & pascua sua hæc dicta sunt: neq; em̄ deum
 propter ipsum, sed propter ista secuti sunt. **C**æterū qui deum sequuntur propter ipsum,
 non hæc talia dicuntur pascua ipsorū, sed sermo dei cibus uel pascua ipsorum est, iuxta illud
 Deuteronomij: Quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de o
 re de. Cum ergo dicit, iuxta pascua sua adimpleti sunt & saturati sunt, uehementer illos re
 prehendit. Idem em̄ est ac si dicat. Manducando & bibendo totā receperunt mercedē suā,
 pro eo q; exierunt de terra Aegypti & ad tempus susceperunt legē dei. **O**mnino delictū
 est propter talia pascua deū sequi. Iccirco talis uituperans in euangelio dicit. Amen amen
 dico uobis, quæritis me, nō quia uidistis signa, sed quia manducafastis ex panibus, & saturati
 estis. Operamini, nō cibum qui perit, sed qui permanet in uitā æternā. Similiter & om̄es se
 se existiment uituperari, quicunq; altari Christo præstō sunt, non propter dilectionē sacra
 mentorū quæ concelebrant, sed propter hoc solū, ut de altaris sumptibus uiuant. Igitur qd
 ait: iuxta pascua sua adimpleti sunt & saturati sunt, illi simile est (ut iam diximus) quod **P**sal
 mista dicit. Et desiderii eorū attulit eis dominus. Nimirū talis plenitudo uentris mentis elat
 ionē, talis saturitas obliuionē dei generat. Notum & manifestū est, quia taliter illis accidit.
 Vnde & continuo dicit. Et eleuauerūt cor suū, & obliui sunt mei. Nam quia terrā optimā
 in possessionē acceperunt, cuius fructibus adimpleti, & diuites facti sunt, elati in superbā
 regem sibi petierunt, nolentes audire uocē domini & Samuelis, sed dicentes. Nequaquā. Rex
 em̄ erit super nos, & erimus nos quocq; sicut oēs gentes, & iudicabit nos rex noster. Eadem
 mentis elatione repulerunt domū Dauid, & fecerunt sibi regem Hieroboam, qui pro deo
 uulos illis fecit: quæ nimirū res magna fuit obliuio dei: Iccirco nūc dicit, & obliui sunt mei
 Subaudiendum uero est, sed non licuit aut licebit eis penitus obliuisci. Sequitur em̄. **L**et
 ero eis quasi leena, sicut pardus in uia Assyriorum. Occurrent eis quasi uersa ra
 ptis catulis, & dirumpam interora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo,
 bestia agri scindet eos. **S**ensus iste est. Tradam illos regnis quatuor, quæ intelligūt
 per leenam & pardū & ursam & bestiam agri, quam sine nomine posuit, ut ab illis oppressi
 atq; conscissi, magnitudine miseriæ cogantur reminisci mei, cuius sunt obliui. Per istas nan
 q; quatuor bestias regna quatuor, scilicet Babylonū, Persicum, Macedonicū, atq; Roma
 nū, illa maxime Danielis uisio dat intelligi, qua dicit. Videbam in uisione mea nocte, & ec
 ce quatuor uenti celi pugnant in mari magno, & quatuor bestię grādes ascendebant de
 mari diuersæ inter se. Prima q̄si leena, & alas habebat quasi aquilæ. Alia similis urso. Alia
 quasi

Psal. 77.

Iud. x. seq. bā
 tur deū prop
 ter pascua su
 a non ppter
 ipsum.
Nūm. 11.

Deut. 8.

Iohan. 6.

Psal. 77.

1. Reg. 8.

3. Reg. 12.

**Quatuor reg
 na precipua.**

Danic. 7.

K quasi

quasi pardus. Quarta terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis. Sicut ille, ita & hic bestia quae tam sine noie posuit, dicendo, bestia agri scindet eos. Igitur ero (inquit) eis quasi leona, & sicut pardus, id est, tradam eos Babylonijs atq; Macedonibus in uia Assyrijs, id est, pro eo qd superbe incedendo contra me direxerunt, Assyrii namq; dirigentes interpretantur. Occurrunt eis quasi urfa raptis catulis. Aiunt, qui de bestia scripturae naturis, inter oēs feras nihil esse sauius urfa, cū perdiderit catulos uel indigerit cibus. Cū ergo per ursum apud Danielē regnū Persarū atq; Mædoꝝ significetur, non incongrue per huiusmodi urfæ ferocitatē illius Aman Agagitæ crudelitas pessima intelligitur, qui indignas, qd Mardocheus nō se adorararet, nec sibi genua flecteret, pro nihilo duxit in uuū Mardocheū mittere manus suas, au dierat em̄ qd esset gentis ludææ, magisq; uoluit omnē ludæoꝝ, qui erant in regno Assueti, perdere nationē. Et quia mala hæc sub regnis iā dictis propter peccata sua erant passuri: Ex dirumpā (ait) interiora iecoris eoꝝ. In iecore namq; iuxta phycos, uoluptatis & concupiscentiæ consistit uis. Itaq; per interiora iecoris, omnē concupiscentiā, quæ peccatū parit breuiter innuit, quæ uidelicet interiora quasi per eiusmodi feras dirupta sunt, quia peccata illorū regnis illis opprimentibus punita sunt. Et quia peccata ipsa in tribulatione cōfitentibus tandē parcere habebat, subiungit atq; ait. Et consumam eos sibi quasi leo. Tradunt namque phyci, leonē prostrato parcere homini. Ergo ibi, id est, sub regnis illis, nō utuncq; sine abisq; ulla discretionē, sed quasi leo consumam eos, ait, quia uidelicet ira mea terribilis quidē su per eos erit, sed prostratis & peccata sua in tribulatione cōfitentibus parcam illis. Quid tandem fiet? Bestia agri scindet eos, bestia quarta terribilis (ut ait Daniel) atq; mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cōtinuus, & reliqua pedibus suis conculcans, & omnino dissimilis cæteris bestijs. Quomodo scindet eos? Nimirū excindendo miserabili excidio, & in omnes gentes ducendo captiuos. Nunc ad ipsum populū taliter scindendū conuertitur, & dicit. **L. Perditio tua Israhel, tantummodo in me auxilium tuum.** Ac si dicat. Tu ipse perditionis tuæ causa es, tu tibi perditionē thesaurifasti recedendo à me: qui solus tibi poterā & consueuerā auxiliari, & nusquā tibi auxiliū est, nisi apud me, si pœnitentiā egeris. Et quod uere tantummodo in ipso auxiliū sit, increpando cōfirmat sequentibus uerbis. **L. Ubi est rex tuus? Maxime nunc saluet te in omnibus uerbis tuis, & iudices tui, de quibus dixisti, da mihi regem & principem.** Babonibi regē in furore meo, & auferam in indignatione mea. **L. Vehementer uanam populū percussit & estimationē, qui regem sibi petiuit, cū regem deū haberet, & ab hoc percussat, ut ad considerandū excitet & scire faciat, quia tantummodo in deo auxiliū est. Similis huic percussationi illa est. Vbi sunt dñi eoꝝ in quibus habebant fiduciā, de quorū uictimis comedebant adipēs, & bibebant uinū libaminū? Nam quemadmodū illic deficiente responsione, cōpetenter subiungit. Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me. Ita & hic, cū dicit, ubi est rex tuus & iudices tui, de quibus dixisti, da mihi regē & principē, subiunxit atq; ait. Dabo tibi regem in furore meo, et auferam in indignatione mea. Factū namq; hoc fuerat in primo rege Saul, quem petenti populo dederat. Deniq; in furore suo regē illum dedit, sicut ipsa eius uerba indicant, cū dicit. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis. Filios uestros tollet et ponet in curribus suis, facietq; sibi equites et p̄cursores quadrigarū suarū, et cætera quæ hoc modo concludit. Greges quoq; uestros addecimabit, uosq; eritis serui, et clamabitis in die illa à facie regis uestri, quem elegistis uobis, et non exaudiet uos dominus in die illa, quia petistis uobis regem. Ita in furore suo datū, abstulit in indignatione sua, dicens ad Samuel. Pœnitet me quod constituerim Saul regem. Et subinde dicit scriptura. Spiritus aut̄ domini recessit à Saul et exagitabat eū spiritus nequā à domino. Item de Hieroboam cæterisq; regibus decem tribuū sentiendū, quia uolentibus illis et scindentibus sese à domo Dauid, in furore suo dedit illos, et in indignatione sua abstulit. Alios in uita sua, alios percutiens in posteritate sua. Porro Dauid neq; populus prior petiuit, neq; dominus in furore suo dedit, sed dominus prior in misericordia elegit, in gratia dedit, in summa dignatione firmavit et custodiuit. Itaq; cū dicit, de quibus dixisti, da mihi regem et principem, subaudiendū est, et ego respondi tibi in occulto iudicio, dicens: Dabo tibi regem in furore meo, et auferam in indignatione mea. Sequitur. **L. Colligata est iniquitas Effraim ab iconi****

Hester. 3.

Interiora iecoris.

Daniel. 7.

Deut. 32

1. Reg. 8

Ibi. jr

absconditum peccatum eius, dolores parturientis venient ei. Ipse filius non sapiens. Nunc enim non stabit in contritione filiorum. Nam saepe dictum est. Effraim, id est, reges decem tribuum, ita pariter viam Hieroboam secutos fuisse, qui peccare fecit Israel, ut nullus eorum, scriptura testante, à peccatis eius recederet. Ergo quasi quæreret, quænam furoris & indignationis causa fuerit, colligata est (ait) iniquitas Effraim, id est, soluta non est neque solui poterat iniquitas regum illorum, eo quod incorrigibiles & impenitentes fuerint, semperque iniquitate quisque illorum defenderit. Nam hoc est quod sequitur. Absconditum peccatum eius. Absconditum namque peccatum dicitur, ubi nulla uoce confessionis aperitur, imò & super perbæ defensionis scuto contegitur. Ibi iniquitas ita colligata est, ut solui aut dimitti non possit. Contra sanctus dicit. Delictum meum cognitum tibi feci, dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ille talis filius est sapiens: de isto autem dicitur, ipse filius non sapiens. Quomodo enim sapiens filius qui à patre recessit à quo fuerat adoptatus, dicente ad Pharaonem, filius meus primogenitus Israel? Et quidem nunc coram hominibus peccatum suum abscondit, & coram deo cum abscondere non possit impenitentem corde defendit: sed dolores (inquit) parturientis uenient ei. Sicut enim mulier conceptum suum ad tempus quidem dissimulare potest, sed tandem parturiendo doloribus attestantibus occulta prodit: sic quisquis eiusmodi est, peccatum suum utcumque dissimulare ad tempus & abscondere potest, sed in tempore suo cuncta cordis eius occulta cum dolore manifestabuntur, iuxta illud. Nihil operatum quod non reueletur, neque occultum quod non sciatur. Tunc utique parebit sibi, quia ipse filius non sapiens. Et unde hoc probatur quod sit filius non sapiens? Ait. Nunc enim non stabit in contritione filiorum. Et est sensus. Qui enim uere filii sunt, ipsorum est contritio, & ipsi in tribulatione stant, id est, penitentiam agunt habentes cor contritum & humilitatum. Denique ita conteri siue confringi, hoc uere stare est, sicut de quodam eiusmodi filiorum scriptum est. Et dixit ut disperderet eos, si non Moses electus eius stetit in confectione in conspectu eius. Nam disfectionem, nimiam & uehementem dicit humilitatem, in qua sic stetit, ut deum teneret homo fortis dicentem, dimitte me. In huiusmodi contritione qui stant & filii sapientes sunt: ita enim se conterendo per penitentiam sapientes filii fiunt. Is autem qui (ut iam dictum est) corde impenitentem suam iniquitatem colligauit, filius quidem dici potest, dum iactat se & dicit, unum patrem habemus deum, sed non sapiens filius dicitur autem est. Restat igitur, ut quem admodum illi furor debitu ad iudicauit atque indignationem, sic contra filios istos, quorum est contritio, id est, cor contritum & humiliatum, dignam & gratiosam repromittat consolationem. Audiamus illam uere magna & sonora declamatione depromptam. **De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero o inferne.** Christus dei filius, uictor mortis & author uitæ. Hoc in persona sua magna uoce, magna ueritatis eloquitur auctoritate. Liberabo eos (inquit) de manu mortis, redimam eos de morte. Quos eos, nisi filias, quorum (ut iam diximus) contritio est, quorum cor contritum in penitentia studio est? Harum in cathologo primus est Abel, cuius ipsum nomen penitentia significat lamentum, transfertur enim in luctum. Ab illo usque ad ultimum electum cuncti penitentiam agentes, & peccatores se esse confitentes. (Omnes enim in Adam peccauerunt) consolationem istam accipiunt, de manu mortis liberati, de morte redempti. Nec uero ab re ita semel & iterum depromitur miserationis dignatio, de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: sed pro duplici morte, qua omnes mortui sumus in Adâ, alia corporis, alia uero animæ. Ita que de manu mortis scilicet eius, qua mortuus est Adam, in qua die preceptum transgressus est, quæ mors est animæ, liberabo eos; de morte quæ indixit deus his uerbis, quia puluis es & in puluerem reuerteris, quæ mors est corporis, redimam eos. Quomodo liberabo? Quali redimam preciorum? Ait. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Non auro neque argento, sed morte mea mortem ipsorum interficiendo. Moriar, ut ipsi uiuant, & ad infernum descendam. Nam hoc est quod dicit ad ipsam mortem, ad ipsum infernum apostropham faciens, mortis & inferni potens debellator: uitæ & mortis dominator. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Qualiter deberet uel posset mors mortis esse, breuiter innuit dicendo, morsus tuus ero inferne. Et est sensus. Tu deceptus mordebis me, quemadmodum innuit per id quod de te ipso dicitur ad Iob. In oculis eius quasi hamo capiet eum. Item, An extrahere poteris **L. uiathan**

Absconditum peccatum.

Psal. 31

Exo. 4

Math. 10.

Contritio filiorum.

Psal. 109.

Exo. 32.

Iohan. 8.

Abel primus penitentium.

Rom. 5. & 7.

Duplex mors Gen. 3.

Morsus tuus ero inferne.

COMMENTA RVPER ABBA LIB VI

Iob. 40. viathan hamor Ego factus homo tibi hamus ero, quia quemadmodum in hamo carnis tene-
ritudo ostenditur, & acumen ferri occultatur, sic humanitatis infirmitas te humani generis
inimice inuitabit, ut mordeas: & diuinitatis interior fortitudo transfiget, ut captius pen-
deas. Quia taliter morsus tuus efficiat, mors mortis ero: quia viscera mortis interiora tua in-
ferne non sustinebunt, cum uitam momorderis, & dirupto uentre uita remittes, morte mortua
euadentibus uiuis quicunq; uita ista sunt digni. Aliter infernum Christus momordit, quam-
do parte, suos uidelicet electos liberauit: partem autem, id est, reprobos reliquit. Nam ex eo
quod mordemus, parte consumimus, partem relinquimus. Sequitur. **L** Consolatio abscondi-
ta est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidit. **V**bi audiuit propheta de gratia
liberatoris & redemptoris quod gauderet: uidit etiam quod carne sua de gente sua uel fratribus
suis Israelitis, quod merito doleret. Illud uidelicet quod & Apostolus pene inconsolabiliter

Roma. 9. gemit his uerbis. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente con-
scientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo.
Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei se-
cundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & le-
gislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui
est super omnia deus benedictus in secula amen. Diuisionem inter fratres, quam illic Aposto-
lus continuo dolore gemit, hic futuram luget, dicens. Consolatio abscondita est ab oculis
meis. Quis ita inter fratres diuisit, nisi infernus, cuius morsum se fore liberator & redemptor
dixit: Diabolus namque, qui designatur nomine inferni, Iudaeos excacando, a fratribus ipso-
rum, & apostolis eius diuisit, ut eicerent eos, & oporteret illos euangelizare potius gentibus
extraneis. Propter hoc (inquit) abscondita est consolatio ab oculis meis. Non dicit, perijt con-
solatio, sed abscondita est, id est non cito potest inueniri, non leuiter possum consolari. Inuenitur
autem in illa spe, quod & Apostolus seipsum consolatus est, quod cum dixisset: Cecitas ex parte contigit in Isra-
el, subiunxit: donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ad hunc sensum
pertinet id quod continuo hic propheta subiungit. **A**dducet uentum urentem dominus de deserto
ascendentem, et siccabit uenas eius, et desolabit fontem eius, et ipse diripiet the-
saurum omnis uasis desiderabilis. **V**entum urentem hoc loco spiritum sanctum dicit, quemadmodum
& illic iuxta mysticum sensum graecae, quae nos in baptismo Christi saluauit. Cumque exte-
disset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus uento flante uehementi & urente tota nocte, & uer-
tit in siccum. Ventum ergo urentem, id est, spiritum sanctum uehementer ardentem adducit
dominus, subauditur, cum plenitudo gentium introierit: & siccabit uenas eius, subauditur, in-
ferni: & desolabit fontem eius, auferendo scilicet omnes causas & abundantiam incredulita-
tis, ut reliquiae Israel saluae sint. Interim & ipse (inquit) diripiet thesaurum omnis uasis deside-
rabilis, quia uidelicet ipse est ille, qui fortior superuenit, cum fortis armatus custodiret atrium
suum, & uniuersa arma illius distribuit. Vas desiderabile & thesaurus pretiosus utique est om-
nis electus. Et quia neminem relinquit, siue gentilis siue Iudaeus sit, quicunq; inuocat no-
men domini, recte uniuersali enunciatione dictum est, & ipse diripiet thesaurum omnis uasis deside-
rabilis. Hoc fit & fieri non desinit per uentum de deserto ascendentem, scilicet per spiritum
sanctum de humilitate Christi procedentem, qui a suis deserto fuerat. Ventum urentem, id est, car-
nis petulantiam & humores uitiorum suo calore desiccantem. **T**andem & huius sextae repe-
titionis sine in Christum, qui iustitia nostra est, redutio: Septima, quae & ultima, sic inchoat pec-
catorum & eiusdem iustitiae commemoratio. **P**ereat Samaria, quoniam ad amaritu-
dinem concitauit deum suum. **I**n gladio pereat, paruuli eorum elidantur, & foet-
us eius discendantur. **D**issimile hoc initium est ceteris omnibus, quia uidelicet illa talia
sunt, ut peccata replicent & praeculis ostendant: hic autem, tanquam desperata correctio,
statim in primo sermone non tam peccata quam idolorum uindictam, depromit sententiam. Pereat
(inquit) Samaria. **Q**uare? Quia omnia ad amaritudinem concitauit deum suum. Magna haec & ter-
ribilis causa siue accusatio est. Deus enim naturaliter dulcis est, nec parua potest esse causa,
per quam ad amaritudinem concitatus esse uideatur. **C**or impotens hoc effecit, & huius
criminis rea fuit Samaria, cuius de regibus nullus omnino recessit a peccatis Hieroboam,
qui peccare fecit Israel. Pereat ergo (inquit) quia iustitiae concedendum est, nullam quippe
peccat

Diuisio inter
fratres luctuosa.

Rom. ij.

Ventus urens,
hic spiritus dicit
Exo. 14.

Luc. ij.
Vas desidera-
bile sunt om-
nes electi.

CA. XIII.

Cor impoten-
tes Samariae.

pe cor impœnitens cōsequitur ueniã. Nec uero solummodo secundū animam, uerū etiam secundū corpus ut pereat concedendū est. Iccirco cum dixisset, pereat Samaria, corporalē quoq; concessit perditionem, dicēdo, in gladio pereat, &c. ¶ Hic à nomine uel cōdemnatione Samariæ synagoga illa nō excipitur, quæ peccatū Samariæ supergressa est, dū non tantummodo, ut illa, scidit se à domo Dauid, uerū etiam (ut sæpe iam dictū est) crucifixit Christum filiū Dauid, filium dei, & iccirco periit, quoniã ad amaritudinem cōcitauit deum suū, in tantum ut sitientem in cruce potaret aceto, siue (ut alius Euangelista scribit) uinū daret ei bibere cum felle mixtū. Proinde ut periret illa, dominus ipse cōcessit, & ore proprio prædixit. Et quia iustitiæ ratio postulabat, ut periret, per humanitatis quidē affectum fleuit super illam, & flendo prædixit: sed per diuinitatis uirtutē impassibilē, super ipsam quam flebat, fixam & immobilem sententiã tenuit. Dixit Samariæ ut pereat, dicat nunc Israheli quid faciat, ait. **Conuertere Israhel ad dominum deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua.** ¶ Qui hæc loquitur in calce uoluminis, ipse est Christus, finis omnis cōsummationis, qui missus ad oues quæ perierunt domus Israhel, sic prædicare exorsus est. Pœnitentiam agite, appropinquabit eĩ regnum cœlorū. Secundū eundem sensum hic dicit, Cōuertere Israhel ad dominū deum tuum. Causam confestim, cur cōuerti oporteat, uel unde pœnitentia sit agenda, subiungit, quoniã corruisti in iniquitate tua. Cum dicit, in iniquitate tua, breuiter insinuat, quod omni peccanti iniquitas, quæ unq; perpetravit, sibimet à seipso sit imputanda, ne ullo modo se excuset aut defendat, sicut fecit Adam, in quo oēs peccauimus & corruimus, tam gentes q̄ Iudæi, quæadmodū Apostolus dicit. Eramus eĩ aliquando & nos filij iræ sicut & cæteri. Illi originali peccato actuali iungendo peccata, nō minus Israhel q̄ gens aliqua corruit, sicut hæcenus sermo propheticus peccata eius totiens cōmemorando comprobauit. Cōuertere igitur d̄ Israhel tu primus, cōuersione quippe opus est, quia corruisti: & hoc ipsum confitere, quia in iniquitate tua corruisti, nam cōfessio hæc iniquitatum est cōuersionis. Dicant forte aliqui, quemadmodū & illi, qui compuncti corde dixerūt ad Petrum & ad reliquos apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Ad hæc uel huiusmodi quæcunq; perterriti dicere possunt, compuncti, & iniquitatem suã cognoscentes, protinus occurrit & dicit. ¶ **Tollite uobiscum uerba, & conuertimini ad dominum: & dicit se ei. Omne aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum.** ¶ Qui conuertimini ad dominū, uerba (inquit) tollite uobiscū. Quare uerba & nō potius munera? Videlicet, ut sciatis, quia non est difficultas apud deum, non exigit à uobis illa quæ forte nō possitis consequi pro redemptione animarū uestrarū. Non ergo dico, tollite aurū, tollite uobiscum argentum, seu mulū uinē hircorū aut uitulorū, & cætera talia, quæ nō omnibus præstā sunt: sed uerba quæ cōsequi potestis absq; dispendio rerū, uerba confessionis & precū tollite uobiscum: & hæc uobis in promptu adesse possunt, deo autem pro salute uestra sufficiunt, & pro iniquitatibus uestris satisfaciunt. Cū istis subsidijs cōuertimini ad dominū deum, qui uestrorū non eget honorū, & sicut iam dixi, non sollicitemini, quasi munera nō habentes grandia preciosi auri & argenti, quibus honoretis propiciam clam faciē tam magni, tā potentis domini, sed dicite illi. Omne aufer iniquitatem, & accipe bonū. Non dicatis, non habemus iniquitatem, quia tūc mētimini & uosipfos seducitis: sed dicite ei, Omne aufer iniquitatē, quia iniquitates nostræ multæ sunt. Confidenter dicite, & accipe bonū, scientes quale requirat bonū, & hoc sciendo subiungite, & reddemus uitulos, nō armentorū, sed labiorū nostrorum. Sufficiens nanq; es, plenus es. Atq; iccirco nō opus habes manducare carnes taurorū aut potare sanguinem hircorū, sed tātummodo ut immolentur tibi uituli labiorū, id est sacrificium laudis: & hoc melius placebit tibi, quia testimonium est bonæ uoluntatis. Proinde Psalmista cū dixisset: Laudabo nomen dei cū cantico, & magnificabo eū in laude, quod nimirū est uitulos labiorū reddere, subiunxit atq; ait. Et placebit deo super uitulum nouellū, cornua producentem & ungulas. Hoc interea prouidentum est, ne post redditos labiorū uitulos, id est, post uerba cōfessionis & laudis iterentur opera iniquitatis, itaq; sequitur, & super hac re instruit eos quid dicant, quid promittat, dum ex persona ipsorum uerba infert huiuscemodi. **Assur non saluabit nos, super equos non ascendemus, hec dicemus ustra, dij nostri opera manuum nostrarū, quia eius**

Joh. 19
Mat. 27

Luce. 19

Mat. 15.
Ibi. 4

Eph. 2

Acto. 2.

J. Iohan. 5

Psal. 49.
Vitalabiorū

Psal. 68

COMMENT·RVPER·ABBA·LIB·VI·

qui in te est misereberis populi. Subaudiendum nanq; est, & hoc dicite ei. Et quid est hoc dicere ei? Assur non saluabit nos, nisi ac si dicant, Non sicut haecenus fecimus, confitemur in homine, neq; ponemus carnem brachium nostru? Sepe nanq; Israhel (sicut sacre testantur historiae) confisus est in principibus & in filiis hominu, & auxilia quaesit ipsoꝝ quorum Assyrii potentissimi fuerunt. Item quid est dicere ei, super equos no ascendemus nisi ac si dicant, hi in curribus & hi in equis: nos autē in nomine domini dei nostri inuocabimus? Deniq; & in hoc Israhel peccauit, quod super equos ascendere nimiu affectauit, male æmulando currus & equitatu Pharaonis, cum filij Israhel de Aegypto pedites exieru, & gloriose saluati fuerint: Pharaon uero cu curribus et equitibus suis in mari demersus perierit. Propterea redarguit eos alio loco scriptura dicens. Aegyptus em homo & non deus, & equi eoru caro & non spiritus. Idcirco rex Israhel, quaudo uenit benedictus in nomine domini, non super equu aut super currum ascendit, sed super pullu asinae filium subiugalis, in contemptu superbiae seculi maxime gloriantis in curribus & in equis. De tertio quod dicitur nec dicemus ultra, dii nostri opera manuꝝ nostraru, notu est ex quo ceperint ut dicerent, isti sunt dii tui Israhel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, cu formassent uitulu in ipso exitu de terra Aegypti: & quomodo ex tunc peccauerunt in idolis, sicut scriptu est. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eoru, & seruiertur sculptilibus eoru. ¶ Super tribus itaq; sceleribus emendatione promitte inquit, de quibus omnia pendet peccata, quorum unu est cōsidere in filiis hominu, aliud magnificari in multitudine equoꝝ & curruum. Tertiu cōtaminari in sordibus idoloꝝ. Et istis em omnia generatur peccata, qua cuq; populum Israheliticu non minus q̄ ceteras gentes admisisse, scriptura ta historica q̄ prophetica narrat aut reprehendit. Qua uero fiducia, qua uirtutis uel possibilitatis conscientia tantam tantoz criminu emendationem promittere debetis? Nunquid confidere potestis, q̄ uiribus uestris excutere possitis iugum cuiuscunq; peccati, cui uos semel tradidistis? Non utiq; quia non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Cum ergo dixeritis, Assur non saluabit nos, super equos non ascendemus, nec dicemus ultra dii nostri opera manuꝝ nostraru: quod est omnimodam spondere peccatoru emendationem, etiam dicite ei, quia eius qui in te est misereberis populi, ut sit sensus. In tuae miserationis auxilio sperantes haec promittimus: quia tuum est, & honorem tuu condecet, ut illius populi, qui in te est, qui in te credit, miserearis, manuq; porrigas, ut mala consueta relinquere, pristinaq; conuersionem possint in melius mutare. Quicunq; haec uerba uobiscum tollitis, quicunq; huiusmodi labiorum uitulos redditis, poenitentiae studio dediti, audite quid ipse, qui ad poenitentia inuitat, consilio salutis uestre iamdadu elocutus sit. **L. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneq; quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros. Israhel germinabit quasi lilium. Erumpet radix eius ut libani. Ibunt rami eius, et erit quasi oliua gloria eius, et odor eius ut libani. Conuertentur sedentes in ymbra eius uiuent triticum, et germinabunt quasi uinea. Memoriale eius sicut uinum libani.** ¶ Manifestus hic ipsa loquitur persona saluatoris, suum ad salute poenitentium repromittens aduentum, promissione dulcisona, dulcedine gratiosa. Sanabo (inquit) contritiones eoru, id est, in gaudium couertam tristitiam illoru, quicunq; ad poenitentiam contristati sunt, habentes cor contritum & humiliatum. Tales nanq; contritiones eoru sanatione digne sunt, tales contritiones paraclatum, id est, consolatorem meretur habere spiritum sanctu. Non pro muneribus qua ipsi priores mihi dederunt, Quis em prior dedit mihi & retribuetur eis? sed gratis sanabo eos, gratuita peccatorum remissione curabo eos. Et hoc est quod ait, diligam eos spontaneae. Sponte ueniam, & homo factus spontaneu subito sanandi officium. Quia auersus est (inquit) furor meus ab eis, iuxta quod alibi scriptum est super hac eadem re. Benedixisti domine terram tua, auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitate plebis tuae, operuisti omnia peccata eoru. Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuae. Iratus quippe fuerat deus humano generi in Adam, & iram illam omnes portauimus. Vnde & alibi dicit. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Meus ille furor auersus est ab eis, in plenitudine temporis, quando completu est quod praedictum fuerat, Benedixisti domine terram tuam, ut uidelicet de sacra uirgine nascerer ego nouus Adam. Na eam dem in

Psal. 109.

Esa. 31.
Matth. 23.

Exo. 32.

Psal. 109
Tria scelera
Israhel.

Rom. 9.

Rom. 11.

Psal. 84.

Psal. 89.

dem intendens benedictionem, ero (inquit) quasi ros, Israel germinabit quasi liliū. ¶ Ete-
 nim quasi ros extitit, quando per spiritus sancti gratiam, uirginem obumbrans, in uterum
 eius descendit. Tunc ueraciter germinauit Israel quasi liliū, quia ueri Israelitæ, scilicet
 apostoli non in carne, sed in spiritu fructificauerunt, noua cōuersatione imitantes liliū, id
 est, magistrum & præceptorem suū Christum, uirginæ pulchritudinis filium. In illa pul-
 chritudine fortitudo nihilominus aderit, ut constantissimæ sint fidei: propter quod conti-
 nuo dicit. Erumpet radix eius ut libani. Libanus quippe mons est, cuius ligna excellentissi-
 ma, quantum ad auras extendunt uerticem, tantū radicem in ima demergunt, ut stabili mo-
 le consistant, & nulla tempestate quatiantur, Libanus quoq; nomine suo eādem, quam &
 liliū, mundiciæ pulchritudinem significat, interpretatur em candidatio. Ergo erumpet
 radix eius ut libani, id est, apostoli cæteri q; prædicatores de radice Israel, quæ Christus est
 tales confurgent, ut sint fide fortes, conuersatione mundi. Ibunt rami eius, id est, proficiēt,
 de uirtute in uirtutem auditores eius. Et erit quasi oliua gloria eius, id est, loquetur (sicut a-
 libi scriptum est) pacem gentibus. Oliua namq; pacem significat, & apud gentiles quoq; in
 medio bellorum furore pacis insigne esse confueuit. Erit ergo gloria eius, quasi oliua inquit
 id est, pacem euangelizabit, pacem inter deum & homines confirmabit: sicut & tunc signi-
 ficari uoluit, quando ueniens ad passionem, per quam nos deo reconciliauit, cum ramis pal-
 marum & oliuarum susceptus est à turbis. Et odor eius ut libani, subauditur erit, id est, bo-
 nam ubiq; opinionem habebit, dicente Apostolo, Christi em̄ bonus odor sumus in omni
 loco. Iste odor, ista pacis & misericordiæ gloria, gentes ad credendum inuitabit. Sequitur
 ergo. Conuertentur sedentes in umbra eius. Conuertentur sedentes, id est, conuersi sede-
 bunt in umbra eius, & propter hoc ipsum quod sedentes erunt, protegentur sub umbra es-
 eius. Sessio namq; humilitatem significat, iuxta quod Psalmista cum dixisset. Vanum est uo-
 bis ante lucem surgere, subiunxit atq; ait, surgite postquam sederitis, id est, tunc demum spe-
 rate exaltari postquam uosmetipsos humiliaueritis. Taliter sedentibus uitalis alimonia cœ-
 litus administratur, & de bono semper proficiunt in melius. Dicit itaq; continuo. Vient
 tritico, & germinabunt quasi uinea. Triticum nāq; quo interior homo uiuit, est sermo dei:
 cuius nimirum intelligentia, non erectis, sed sedentibus, id est, non superbis, sed humilibus
 dari confueuit. Sane uinea, cuius secundum similitudinem germinare dicuntur, à mala ui-
 nea distinguenda est. Est enim mala uinea, de qua dicitur in cantico Deuteronomij. De
 uinea Sodomorum uinea eorum, & de suburbanis Gomorra. Ait ergo. Memoriale eius
 sicut uinum libani. Multum namq; uinea hæc per hoc ipsum, quod dicitur, memoriale eius
 sicut uinū libani, ab illa discernitur uinea Sodomorū, cuius uua dicitur, & est uua fellis, cu-
 ius botrus dicitur & est amarissimus. Deniq; uinum libani, imō & ipsum libanum serpen-
 tes fugere dicuntur, maxime propter odorem cedri, quem non possunt ferre: illis autē di-
 cum est, fel draconū uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Potest tamen uinum
 libani uinū mixtum dici, & diuersis pigmentis coditum, ut odorē habeat suauissimū: quo-
 rum uidelicet pigmentorum thus maxime odoriferum est, libanus namq; apud Græcos &
 Hebræos & mons dicitur & thus. Sequitur. ¶ Effraim quid mihi ultra idola? Ego ex-
 audiam & dirigam eum, ego ut abietem uirentem, ex me fructus eius inuētus est. ¶
 Triumphaliter in ultimis aduersariū percutit, consummatā prospiciens uictoriā in proposi-
 to suo, gratia dei. Siquidē Effraim iste est ois aduersarius ueritatis, quisquis usquā scandalū
 uel offendiculū animabus posuit aut ponere nō desinit, ne ptingat ad noticiā ueritatis, secū-
 dū exēplū Illius Effraim, id est, Hieroboā de tribu Effraim, q aureos fecit uitulos, hoc inten-
 dens, ne filij Israel ascendēdo frequenter ad orandū in Hierusalem, aliquando reuerteren-
 tur ad domum Dauid. Et quidem tunc ille secundū intentionē suā præualuit, & in peccato
 idolatriæ populū detinuit. At uero cū modo supradictō factus fuero quasi ros, & Israel
 germinauerit quasi liliū d tu Effraim, quid mihi ultra idola? Nunquid in uia prædicatio-
 nis euangelicæ mihi obistere poterunt? Nunquid spiritualem Israel ab oriente & occi-
 dente uenientem ad fidem euangelij, ut credat in me filium Dauid, auertere poterunt si-
 mulachra uel signenta mendacij tui: sicut carnalem Israel, ne ascenderet in Hierusa-
 lem, & reuerteretur ad regem suum DAUID, auerterunt aurei uituli? Non. Sed quidē

Christus bua
si ros in utero
uirginis.

Libanus.

Zach. 9.

2. Corin. 2

Sedere humi-
lum est.

Psalm. 126

Deut. 32.

Vinū libani.

Effraim om-
nis aduersari-
us ueritatis.

Spiritus Is-
rahel.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. VI.

Ego exaudiam & dirigam eum, ego ut abietem uirentem, subauditur, dirigam eum. Viare
 cia conscendet ille spiritu alis Iſrahel in cœlestem Hierusalem secundum similitudinem
 abietis uirentis, & recta statura sursum tendentis: ut perueniat ad regem suū Dauid, ad me
 deum & saluatoreū suum filiū Dauid. Eo tendentem ego exaudia & dirigam eū, & hic fru
 ctus eius: ut scilicet perueniat eo quo tendit: ex me inuentus est, quia uidelicet sine me nihil
 facere potest: & hoc ipse cōfitemus, multum carnali Iſraheli dissimilis est, qui suam iustitiam
 statuere uolens, iustitiæ dei subiectus non est. **L. Quis sapiens, & intelliget ista: intell**
gens, & sciet hec? Hunc uersiculū ab exordio uoluminis semper præ oculis habuimus,
 & iccirco semper scripturam hanc, tanquā uere cœlestis thesauri clausam uenerates thecā
 nihil condignū nos essari posse perspeximus: siue aliquem quicūq; ille sit: nisi cui aperire di
 gnatus sit sanctus & uerus qui habet clauim Dauid, qui aperit & nemo claudit: claudit &
 nemo aperit. Si em̄ ipse qui scripsit, uel difficile uel impossibile confitetur, intelligere & scire
 re hæc: quid nos facere possumus, qui lippientibus oculis & peccatorū fordisbus obscuratis
 clarissimum iubar solis nō possumus intueri? Veruntamen quæcūq; illa sunt, quæ adhuc
 clausa nos latent: quantulacūq; illa sint, quæ ex inde nos intelligere uel scire potuimus, di
 camus cū ipso in conclusione id quod uerū est. **L. Quia recte uig domini, & iusti ambula**
bunt in eis. Præuaricatores uero corruunt in eis. **L. Via domini, de quibus maxime**
in hoc propheta tractatur, illa sunt iudicia domini uere incōprehensibilia, quibus à Iudæis
recessit & ad gentes transfuit. In istis uijs iusti ambulant, exempli gratia, Paulus Apostolus
 uas electionis: qui quamuis dolore continuo doleat pro eisdem fratribus suis, nihilominus
 tamen rectas confitetur uias domini, & dicit. **O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei,**
quæ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia eius. Præuaricatores uero, ma
 xime Iudæi, corruunt in eis, dum se iustificat, & ueritati resultant, inuidentes gentiū salu
 ti. Animaduertimus quippe maxime ex hoc propheta (sicut suo iam loco diximus) conuin
 ci, nō minus illos quæ gentes peccasse, & indignisse gratia dei: quod Apostolus ad Romanos
 scribens, uehementer affirmat dicendo. **Eadē em̄ agis, quæ iudicas.** Deniq; sup hoc septies
 (sicut nos distinximus) in isto cōuincūtur propheta, quia uidelicet septies peccata illius
 populi replicans, per singulas uices in gratiam uel aduentū Christi recurrit: cu
 ius solius omnē hominem, tam Iudæum, quæ Gentilem iustificat. Proinde il
 lud, quod populo præuaricatori Moses imprecatur, cum dicit. **Tra**
dat te dominus corruentem ante hostes tuos, per unam uiam
egrediaris contra eos, & per septem fugias. In ista quo
 quæ, quamuis habili scriptura delectabiliter spectari
 potest, uiri præuaricatores iam dicti, seiplos
 iustificantes, conuincuntur repetitio
 ne septemplici, atque ita cor
 ruunt septies.

¶ FINIS LIBRI SEXTI ET VLTIMI
 IN OSEE PROPHETAM.

PROLOGVS RVP. IN IOHEL PROPHETAM.



Vi operantur in me (ait sapientia) nō peccabunt, & qui elucidant me, uitam aeternā habebūt. Sapientia q̄ hęc loquitur, Chr̄s est, quē & Aplus p̄dicat dei uirtutē & dei sapientiā: q̄ & alibi protestat. Ego (inquiēs) ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnē creaturā. Hęc sapientiā maxime in prophētis latet, & iccirco elucidari postulat: magnā elucidatibus sese remuneratio nē, id est, uitā aeternā repromittēs. Tantae remuneratiōis spe, studiū nostrū nos exigui sanctorū patrū cōiūgimus studijs, q̄ summopere desudauerūt, tā in prophetiis q̄ in ceteris sanctis scripturis: hoc studētes, ut sapientiā dei Chr̄s, q̄ latebat i illis, possēt agnosci, & faciē eius expositio clara legētibz insigniter ostēdere, quā sub līa grossio uelamine prouidētia sancti spūs indignis occultā eē uoluit. Hancq̄ uit aeternē spem, primā iā & p̄paratoria merces cor roborat atq; laetificat, si fiat nobis qd̄ promisit, dicēs: Et q̄ operant in me, nō peccabūt. Sicut em̄ multā malitiā docuit otiositas, sic ecōtra occupatio bona, & meditatio scripturaz̄: saepe cogitatiōes nequā & grādiā, q̄ subintrare poterāt, excludit p̄ctā. Fere de oibus, q̄ scriptitare audemus, uel haētenuz̄ ausi fuimus, hęc apud oēs nra respōsio uera esse f̄t, ut nequa q̄ p̄sumptioni seu uanae temeritati deputēt, q̄ nos postremi hoies, post magna sanctorū patrū opa, in scripturis sapientiā quicq̄ operamur, q̄ uidelicet iccirco taliter exercemur, ut scdm̄ promissiones eius, & in p̄senti nō usq; quaq; peccemus, & in futuro uitā aeternā habeamus. Igitur oculo simplici, id est, intētiōe fideli te requirentes, teq; elucidare cupientes, nos aspirando p̄ueni, & adiuuando prosequere sapientia dei, quae in te operantibus, teq; elucidantibus tantā remuneratiōē repromittis: & post Osee secundū Iohel, qui illū in ordine duodecim prophetarū sequitur, reuelata facie nobis annue contemplari. ¶ Finis Prologi.

Ecc̄i. 24

i Cor. j.

Ecc̄i. 24

Meditatio in scripturis.

**RVPERTI ABBATIS
TUITIENSIS IN IOHEL PROPHETAM.
COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.**



Verbum domini quod factū est ad Iohel filiū Phatuel. De eo qd̄ ad prophetas dicitur uel scribitur eē factū uerbū dñi, in initio propheta p̄cedentis, scilicet Osee diximus, scdm̄ patrū sanctorū sniam, fideiq; catholice regulā q̄ uidelicet ad prophetas quidē factū est. i. in tpe uel ex tpe accessit hoc uerbū. Ad deū aut̄ nequa q̄ factū est: neq; ei factura ē, sicut Artiani garrūt, sed in principio erat apud ip̄m. Hoc nāq; uerbū est Chr̄s filius dei, quē & hic Iohel filius Phatuel, tā proprio q̄ paterno noie significat, nō minus q̄ p̄cessor eius Osee filius Beheri. Iohel nāq; ē deus. Phatuel latitudo dei interpretat. Porro de uerbo dñi, de Chr̄o filio dei, iadadū Iōgo uictrix certamie fides obtinuit, & p̄dicat q̄ est deus. Et q̄ est latitudo dei, nisi dilectio uel charitas dei: Eteim̄ Psalmista cū dixisset: ois cōsummatōis uidi finē, charitatē intelligi uolens: de q̄ & Aplus: Finis (inqt) p̄cepti est charitas: cōtinuo subiūxit, latū mādatū tuū nimis. Huius nimirū latitudis dei Chr̄m eē filiū, aplus idē cōfirmat his uerbis. Qui eripuit nos de p̄tate tenebrarū, & trāstulit in regnū filij dilectiōis suae. Igit & huius tā propriū q̄ paternū uocabulū, hoc innuit, q̄ hi ad q̄s factus ē sermo dei, p̄ grām sunt dñj & filij dilectiōis dei: sicut & ipse unicus dilectiōis filius scriptū eē meminit, dicēs Iudaeis. Nōne scriptū est in lege uestra: ego dixi dñj estis & filij excelsi oēs: Nō pauca uel pua eē existimāda sunt, ea q̄ dicturus ē, propheta tāti nois, licet sermone breui p̄sertim q̄ sic incipit. **L** Audite hoc senes, & auribus p̄cipite oēs habitatores terre. Si factū est in diebus uestris, aut in diebus patrū uestrorū, sup̄ hoc filijs uestris narrate, & filij uestrū filijs suis, & filij eorū generationi altere. Residū eruce comedit locusta, & residū locustę comedit bruchus, & residū bruchi comedit rubigō. Ergo scimini ebriij, & flete, & ululate oēs qui bibitis uinū in dulcedinē, qm̄ pijit ab ore uestro. Hęc & cetera q̄ sequūt se multa & magna sūt, talisq; modus ip̄e dicēdi q̄ enunciātur, imō fortiter auribus nris illidūtur, ut uere nō solū dormiētes ueruetiā p̄ ebrietate absorpti & sepulti reputent, q̄cūq; ad clamores istos tā terrificos nō excitant. Predicit em̄, tā primū q̄ secundū dñi nri Iesu Chr̄i aduentū, diē magnū & horribilē: hoc uehemēter intendēs, ut hoies ad eius aduentū p̄ poenitentia sese p̄parent.

Verbū domini
ni Chr̄s est.

IOHEL.

Psalm. j. jō.
i. Timo. i.
Colof. j.

Iohan. jō.

Uehemēs an
nunciandi
modus.

Summa